

**Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta
Ta Hellēnisti Heuriskomena**

Origenes

Coloniæ, 1685

Quæstio nona, de resurrectione mortuorum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79842](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-79842)

ORIGENIANORUM

130
diem, & vesperam, ac matutinum tempus sine Sole fuisse, & Luna, & stellis? Cui & illud potest ad- A
jungi, quod libr. 6. contr. Cels. legitur, falli eos, qui vera dierum sex spatia Moyse in mundi
narranda creatione significasse putant: quosq; se in suis ad Genesim Commentariis refellit
philolibr.
1. Allegor. *πότερον γενορίαν* Nempe hec tropice intelligenda, explicandaque censebat Origenes, ut alia
pleraque, in quibus allegorico sensu nimium tribuens, nativum & literalem subvertebat.
Qui quoniam error suum sibi postulat examen, verbum non addam.

QUESTIO NONA.

DE RESURRECTIONE MORTUORUM.

B

I. Status questionis proponitur. II. Doctrina Origenis de resurrectione enucleatur.
III. Utrum resurrectionem absolute sustulerit. IV. Hoc crimen purgatur. V. Utrum
corporis resurrectionem admiserit, carnis inficiatus sit. VI. In eo etiam habitat, & multo-
rum præterea assensu gaudet. VII. Utrum & quomodo corpora in resurrectione mutatum
iri existimat. VIII. Hic quoque Patrum aliquot confessione se tuerit. IX. An corpora
in resurrectione sphærica futura autueraur. X. Utrum impios affirmaverit neutiquam C
in vitam reddituros. XI. Unde suam de resurrectione doctrinam haurerit, aperitur. XII.
Nonnulla ad eius excusationem præter superiora colliguntur, XIII. Quo sensu dixerit pec-
catorum causam ad corpus referri.

Hier. Ep.
6. ad
Pamm. c. 7

I. **T**RA NSE AMVS hinc ad famosissimam de resurrectione carnis & corporis questionem.
Licit enim uti verbis Hieronymi, hoc argumentum aduersus Origenem perse-
quentis. Cohæret autem illa quoque cum superioribus, nam statu animarum
ante hanc vitam exquisito, ipsarum quoque futura post hanc vitam sors exploranda est:
nimur folias ac solitarias, an conjunctas corporibus quibus convixerunt postremum D
subituras judicium, isdemque deinceps adhæsuras autuaverit. Ac magnum profecto
haberemus ad questionis illius tractationem compendium, si hujus argumenti & tituli li-
bris ab eo conscriptis temporis diuturnitas pepercisset, & quæcunque in iis olim fuerunt
reprehensa, Veterum monumenta pre se ferrent: de se quippe ipse narrat libr. 3. *De origine*,
cap. 10. publicatis suis de resurrectione lucubrationibus, *offensos quosdam in Ecclesiastica si-
de, quasi velut stulte, & penitus insipienter de resurrectione credet, præcipue hereticos*. Multum
quoque prodeffent ad hujus argumenti illustrationem Hammonis Hadrianopolitæ libri ad-
uersus Origenem super ea questione scripti, si vel superercent illi, vel tantumdem certe ex
iis deputatum pervenisset ad nos, quantum è Methodi opere ejusdem instituti Epiphanius
& Photius excerptum servarunt. Verum virtutate consumatis his commentationibus, hac E
ope destituti, partim ex Origenis dogmatum *ἀνατοξίᾳ*, partim ex aliorum expostulationibus,
partim ex ejus scriptis, cuiusmodi ad nostram pervenerunt etiam, quid ipsi visum sit, pro vi-
ribus æstimemus.

II. Quod si rem primum ex doctrinæ ipsius textura spectare velimus, meminisse o-
portet accusatum fuisse cum, quod animam foliam hominum constituere, post Platonem,
dixerit: & quod animas pro peccatis in varia corpora, sic tanquam in vincula coniectas
tradiderit, ut supra observavimus. Ferunt præterea persuasum fuisse illi, Adamum pro-
pter noxam mortali fuisse corpore induitum, quo prius carebat, cum immortalis à Deo fu-
isset procreatus, pelliceasque tunicas, quas ei Deus post prævaricationem circumposuisset
dicitur, nihil fuisse aliud quam corpora mortalia; ossa vero & carnes quas ante peccatum F
habuisse Adamum Scriptura commemorat, carnes esse intelligibiles, & ossa intelligibilia.
Cum igitur mortale corpus adventitium quid ac extraneum esse arbitratum sit, sequitur
inde necessario, expurgari peccatis, exolutisque suppliciis, liberam tandem aliquando
animam corporaliumque compedium pondere exoneratam resurgere. Nam si pena est
gestare corpus, gestare certe corpus definit anima, cum pena ceſſabit. Corpus illud in-
telligo, quod in celeris luelam subiit ipsa, grave illud nempe, terrenum, & carneum, non
illud autem qui cum procreata primum & a Deo formata est. Huic consecutarium est, fu-
turum ut anima humanorum illam configurationem membrorum a se abjiciat, utpote que
carnei corporis propria sit, meliorem autem & perfectiore formam fuscipiat, ut que in
melius mutata, & perfectiori statui redditum sit; formarum autem omnium cum perfectis
fimis

LIBER SECUNDUS.

130

A sima sit sphærica, futurum quoque ut in globum anima perfectiores à mortuis suscitatae rotundentur. Ex ea præterea asserione, quæ animis pro criminum modo corpora plus minus-
ve crassa imponi cœlent, efficitur illud, diversum fore resurgendi modum; splendidiusque ac
subtilius initatus corpus animas, quæ in virtutibus sese, dum in terris agunt, diligentius exer-
cent; quæ contra prorumpunt in virtutia, densioribus ac rudiioribus corporibus adjunctum iri.
Nunc utrum doctrinæ suæ ordinem ac confectionem Origenem tenuerit, ex aliorum crimi-
nationibus, ipsiusque scriptis, expendamus.

III. Accusatorem cum refert Pamphilus, quod resurrectionem mortuorum absolute sustulerit, atque hanc criminationem septimo loco positam confutat. Epiphanius Hær. 64. cap. ii. conatum ait eum in Commentario in Psalmum i. ἐκ τῆς Φύσης ἡμῖν συμβαίνεται ἀντίτιτος ἡ αὐτῆς ἀναστάσεως ἡμῶν ἐν ἀνθετοῦ ἡ θάνατος. Idem cap. 63. subdole cum B ait & vafie resurrectionis nomen admittere, rem ipsam inficiari; quippe qui corpus neutrimum resurgere, sed solam animam decernat; animam autem non resurgere, qua non cadit, nec extinguitur; corpus quoque juxta ipsius sancta non resurgere; nihil igitur resurgere, nec ullam proinde mortuorum esse resurrectionem. Itaque Augustinus ad Quodvultdeum Hær. 43. resurrectionem ab Origenis sectatoribus negatam scribit. Hieronymus in Epist. 59. ad Avit. cap. i. dixisse Origenem tradit corporales substantias penitus dilapsuras; aut certe in fine omnium hoc esse futura corpora, quod nunc est ether, & celum, & se quod aliud corpus sincerius & purius intelligi posse: tum addit: Quod cum ita sit, quid de resurrectione sentiat perspicuum est. Deinde verba Origenis in eandem conspirantia sententiam sequentibus capitibus producit. Similia carpit in Johanne Hierosolymitano Epist. 61. ad Pammach. Quo & illud pertinet quod scriptum libr. 12. in Ezech. 40. Non quod juxta se vissim manet hæresim corpora abolenda credamus. Theophilus Alexandrinus Epist. Patch. 2. Inter certa etiam resurrectionem a mortuis, que pessus salutis nostra est, ita corruptum & violatum (Origenes) ut audeat dicere corpora nostra rursum corruptioni & morti subiacentia suscipi: & postea: Dicit corpora quae resurgent post multa aescula, in nihilum dissolventa, nec futura aliquid, nisi cum de colorum mansiōibus anima ad inferiora dilapsa indiquerint nobis, que ad eum rursum sicut prioribus omnino deletis; tum infra: Quod si ut falsoputat Origenes, non solum corruptibile, sed & mortale corpus est suscitandum, ergo unum atque idem corruptio & incorruptio. Alter ejus locus adversus hæresim ex quadam Epistola ad Sanctos qui erant in Sceti, depromittit a Justiniano in Epistola ad Menam: nec non & locus ex Epistola Cyrilli ad Monachos qui erant in Phua, D quo significatur anathematis tuberculatum fusile Origenem, quod mortuorum resurrectionem negaverit. Huic Epistola ad Menam geminum subiungitur ex Origenem testimonium hoc errore ad perfidum, aliud ex libr. 2. οὐδὲ ἀγῶν, quo corpora ab omnibus depositum, & in nihilum redactum iri statuitur, cum Deo omnia subiicientur, rursumque futura corpora, si rationales a superioribus descendant: aliud ex libro 4. quo idem significatur. Queritur praeterea Justinianus apud Quintam Synodum, in Epistola quam defecrit Cedrenus, affitmare Origenistas, οὐτι παντὸς οὐτὶ σοματίου τελεσθεῖσα τὸ ιδεῖν οὐδὲ τὸ λογικὸν απάντων, καὶ οὐτὶ αναρροφῶντος οὐτὶ πάντας εἰς τὸ αὐτὸν οὐδὲ τὸ γένος τὸ αρνητικόντα τιναχνών. Corpora penitus interire, ipso Domino primum deponente proprium corpus, & reliquis omnibus; & omnes rursum ad eandem unitatem redire, & mentes fieri, cuiusmodi distante erant. Itaque propter sublatam corporum resurrectionem dannatum fusile a Synodo Quinta Origenem testatur Photius in libello de Synodis, & Auctor incertus libelli de Synodis, qui in Justellina Bibliotheca Juris Canonici interfuit est, & Canon primus Synodi Quinti ex parte, & Cedrenus. Placitum huic idem adscribunt Sophronius in Epistola ad Sergium, & Anonymous apud Photium Cod. 117. & Johannes Damascenus in libro de hæresibus, & Constantinus Harmenopulus in libro de sc̄tis, & ante eum Glycas Annalium Part. 3. quamvis Parte 4. corpora quidem resurrectura, sed non eadem censuisse ipsum asservet. Denique Cyriacus apud Symeonem Metaphrastem dixisse ait Origenistas Novae Laurae in Palæstina, corpora nostra quae habuerimus ex resurrectione, esse penitus ventura ad interitum, & Christi primi.

IV. Ab his criminibus purgat Adamantium quod supra demonstravimus, creatum nihil, ex decreto Origenis, corpore carere, unde sequitur vel injuriam huic facere, qui sensisse cum ferunt penitus interitum corpora, & in nihilum dissolvenda, vel ipsum certe, iuxta morem Scripture, interitum appellasse instarationem & in melius mutationem: sic enim Methodius Hær. 64. cap. 32. ἐδεῖτο Χαράξαι λέγομεν οὐ εἰς τὸ ηὔτεν καὶ εἰς τὸ ηὔτεν οὐδενάτας οὐ ταῦτα οὐδέ τι πάλαι λέγειν, τινὲς τὸ πρόσθιον κρίματα διατίθενται εἰς τὸ φαστοτάτον οὐτανταν οὐτανταν. Morem hunc esse dicemus Scripture, ut mundi instarationem, atque in melius & praestantius mutationem, interitum appellat, utpote intercurre priore forma, dum in pulchriorem formam convertitur. Purgatum quoque Hieronymus in Epifol. ad Pamach. cap. 8. cum ipsum scribit medium tenuissimam viam inter Carbolicos versus.

ctionem tuentes, & Hareticos Marcionem, Apellem, Valentimum, & Manem, resurrectionem non nisi in phantasmate futuram arbitrantur. Sibi autem utramque discipulare sententiam (asserit Origenes) fugere & nostrorum carnes (verba sunt Hieronymi) & Hereticorum phantasmata, quia uiraque pars in contrarium nimis sit, alius id voluntibus esse quod fuerunt, alius resurrectionem corporum omnino denegantibus.

V. Ostendit etiam non penitus sublatam ab eo fuisse corporum resurrectionem, quod narrat Pamphilus in Apologia, eum corpus guidem resurgere confiteri, carnem vero negare. Idem in eo culpat Methodius, in libro de resurrectione, quo hoc Origenis dogma convellit, & cuius Epitomen Panario suo inferuit Epiphanius Hær. 64. quamque representavit Photius Cod. 234. atque Origenem super responsione Sadducæs à Domino data dixisse futurum ut Angelis similes evadamus, ac proinde carne nudemur. Quin etiam Origenitas B carpit, velut carnem inter & corpus aliquid intercessisse suspicantes; quasi corpus sit animæ proprium, quod cerni non possit; caro autem sit externum illud, quod oculis usurpat. Adversus eundem errorem auctoritate Methodii pugnat Anastasius Sinaita Contemplat. Anagog. libr. II. Nec alio videtur spectare Epiphanius aduersus Origenem querela Hær. 64. cap. 4. *Ἐ τὸν γὰρ, οὐκον ἀλλαγὴν ποιεῖ, πᾶν μὲν λόγῳ παρεισῶν ταῦτα, πᾶν δὲ ἐξ αὐτοῦ μέρῳ οὐτὶς αὐτοῖς αὐτοῖς.* Mortuorum resurrectionem imperfectam esse docet partum cum verbis afferens, partum funditus tollens, alias vero partem ejus duntaxat resurgere tradens: & illa Vincentii Bellovacensis Speculi doctrinal. libr. 18. c. 43. cum veram ait resurrectionem carnis Origenem negasse. Non satis autem intelligitur quid sibi voluerit Theophanes Cerameus, cum scripsit Homil. 22. *ἐν μίστῃ Φείπειν ἡτοί διοι εἰς θρῶν οὐτάλαμα τὸ φυλῆς αὐτοῦ, ιπποτοῖς οὐτοῖς θεοῖς οὐτοῖς δέργης δέργης πεπλατέναις εἰς αὐτοῖς.* Ceterum dicendo: *Aut quam dabit homo permutationem pro anima sua? refellitur confita resurrectione ab Origeni, cui sicut nomen δέργης derivatum.*

Non semel id ipsum asseverasse, quod proxime commemorati Scriptores objicunt, fatendum quidem est: puta libr. 2. *Θεοὶ αὐτῷ*, cap. 3. *Mira ergo ratione*, inquit, *sicutus* *Apostolus ad generalem primam causam respiciens, materia corporalis, cuius materia animæ suum* *semper habent in qualibet qualitate posita, nunc quidem carnali, postmodum vero subtiliori & puriori, quæ spiritualis appellatur, necesse est, ait, corruptibile hoc induere corruptionem, &c.* & in Psalm 118.25. *αὐτὸς δοὺς κολλησίαν ἀεροῖ φυλῆν, καὶ ἐπειγεὶς σάρξ, ἐν δὲ τῷ* *αὐτῷ δοὺς κολλησίαν ἀεροῖ φυλῆν, καὶ ἐπειγεὶς σάρξ, ἐν τῷ καθολικῷ αὐτοῦ γένεται, τοῦ γένεται τοῦ σώματος πεντακινόν.* Nec alter intelligimus, quæ consignata sunt libr. 5. contr. Celso. *εἴτε μόνον ἡμεῖς, εἴτε τὰ θεῖα κάμψατα αὐτῶν φυλοῖς, μαρτυρίαν μαρτυρεῖν ἀνεπαργύρια τὸ εἰλικρινόν, εἴτε τὸ τοῦ πάταξ θνητόντας, οὐδὲ τὸ γῆς αὐτούς ταρταρούς.* Nam quomodo recta his sententia accommodari possit, impedimento est hinc apostoli locus: *Hoc autem dico, Fratres, quia caro & sanguis regnum Dei habere non possunt: quia sensiles hanc & adspectabilem quam gerimus carnem regno cœlesti excludendam, & resurrectionis beneficio privandam significari putat.* Hinc & *κεκρυμμένην τὸ σώματον ἐν τῷ ἐνκλινατούσι, τὸ δὲ σωτηρίον τραπεζοῦντος ibidem scribit; & alibi, resurrectionem ἐν τῷ σωτηρίῳ τῷ ἀπλαστέων οὐρανοῖς αὐτοῖς σαρκός.*

VI. Quantumvis autem perspicua videatur Origenis & constans opinio, repugnat E tamen Pamphilus, & ne à carne quidem ipsa resurrectionem abjudicasse eum demonstrat, de promis illius vero in Commentario in Psalmum XV. que sunt hujusmodi: *Offendatur qui vult ex nostro sermone: ego autem cum omni fiducia assevero, quia sicut primogenitus ex mortuis est Christus, ita primus carmen exiit ad cœlum: & paulo post: Hec propter illud quod dictum est: Quoniam caro mea requiescit in spe. In qua spe? Non solum quia ex mortuis resurget, parum enim hoc est: sed in eas pro quoque, quod assumta est in cœlum. Quibus adderem & illud est l. 3. *Θεοὶ αὐτῷ*, c. 6. nisi Rufini Interpretis fraudes subvereret. Denique caro nostra ab imperiis & infidelibus ita post mortem deperire existimat, ut nihil proorsus reliquum substantiam suam habere credatur. Nos vero qui resurrectionem ejus credimus, immutationem ejus tantummodo post mortem factam intelligimus, substantiam vero ejus certum est permanere, & voluntate Creatoris sui, certoque tempore rursum reparari ad vitam, atque iterum permutationem ejus fieri, ut que primo fuit caro ex terra terrena, tum deinde dissolua post mortem, & iterum facta in cœlo ac terra, quoniam terra est, inquit, & in terram ibi, rursum resuscitetur è terra, & post hoc velut meritum inhabitantis anime poposcerit, in gloria corporis proficiet spiritualis. Nempe hic quoque, ut in aliis plerisque sibi non constat Origenes, & modo has, modo illas sentiatur partes, & ut in rebus adolescentiæ adhuc Christianismo subobscuris, & nondum per Ecclesiam definitis animo indulget, & quidquid sibi pro tempore fit verisimilius, arripit. Unde ipse quidem Origenis castigator Methodius sine censuratio ne hoc argumentum tractavit, homines fingens post resurrectionem habitaturos in terra jam instaurata, & per aërem temperatissimum ambiente in melius mutata, & in Paradisi deliciis beatum ævum aucturos; Angelis autem cœlestes orbes destinatum esse domicilium. Euse-*

A Eusebium quoque Origenis partiarium resurrectionem mortuorum sustulisse narrat Photius in Epistola quadam ad Constantium. In ejusdem erroris suspicionem mutuo feso vocant Hieronymus & Rufinus, quem tamen utequer summe cura dilucere conatur. Huic etiam adhesisse Arnobium verisimile est: ait enim libr. 2. contr. Gent. *Auditis videre nos, quod mortuorum dicamus resurrectionem futuram, quam quidem nos dicere constiemus: sed a vobis alter quam sentimus, audiri. Quod idem est ac illud Origenis carnis resurrectionem esse dicens: *καὶ τοις εὐτεταῖοις προσβρέγετεν πονητῶν.** Denique proditum est ab Epiphanius & Hieronymo hanc ipsam fuisse Marcionis, aliorumque Hæreticorum de resurrectione falsam sententiam.

VII. Quamvis crassam illam carnis molem & compagem à corporibus resurrecturis
B cretum iri fenserit. Origenes: quibus tamen prædicta ea fore qualitatibus ratus sit, cum re-
surgent, quam passa mutationem, qua instructa forma, non satin liquidum est. Non-
nunquam enim suscitatum iri eadem, subtiliora licet ac splendidiora, afferit. Velut lib. 2.
ædæxion, cap. 10. *Si necesse eſt nos eſſe in corporibus, non in aliis quam in noſtri corporibus eſſe de-
bemus;* & capite sequenti: *Videndum quog, eſt, ne forte etiam illud iſtæ ferme ſignificet, quod ſicut
Sancti corpora ſuſ, in quibus ſancte & pure in hujus vita habitationibus vixerunt, lucida & glorioſa
ex reuſtrectione uſcipient; ita & impii quig, qui in hac vita errorum tenebras & ignorantia dilexe-
runt, obſcuris & tenebris poſt reuſtrectionem corporibus induantur;* & lib. 3. cap. 6. *Non autem dubi-
andum eſt naturam corporis hujus noſtri, voluntate Dei qui talem fecit eam, uig. ad illam qualitatem
ſubtiliſſimam, & puriſſimam ac ſplendidiſſimam corporis poſſe à Creatore perduci, prout rerum ſtatuſ voca-
verit, & meritum rationabilis natura popoſcerit:* & mox: *Ita etiam de natura corporis ſentendum
eſt, quod non aliud corpus eſt, quo nunc in ignobilitate, & incorruptione & infirmitate utimur, &
alud erit illud quo in incorruptione & in virtute & in glorianteſur; ſed hoc idem abjectis infirmi-
tibus in quibus nunc eſt, in gloriam transmutabitur ſpirituale effectum, ut quod fuit indignitatis
uas, hoc ipſum expurgatum fuit uas honoris, & beatitudinis habitaculum:* deinde ostendit non no-
bis ex quinto illo Philoſophorum corپe fictum iri à Deo corpus, cum manuſtēt definiat ſan-
ctus Apoſtolus, quia non nova aliqua corpora reuſtrentibus à mortuis dentur, ſed hac ipſa que viuen-
tes habuerant, ex deterioribus in melius transformata recipiant. Denique libro primo de reuſtrectione, ut eſt apud Pamphilum in Apologeticā, absurdum & iniquum fore ait, ſi ſua mercede
fraudetur corpus, quod cum anima fortiter decertavit; ea autem privatum iri non resurgat.
D Hanc corporis reparationem in melius cogitat, ni fallor, Glycas cum opinatum ſcribit
Origenem τὸν οὐντεῖν μὴ ἀντιτίθεσθαι τὰ ἔργα τοῦ ἀνθρώπου, quæ verba repetit Cedrenus de Ori-
geniſtis loquens in Quinto Concilio damnatis.

Quamvis autem aliud proditum corpus, & à priore diversum fixerit sibi Adamantius, iisdem tamen notis, eadem forma insigne futurum affirmat in *Commentario ad Psal.* 1. quem *commentarium in Epitomen à Methodio contractum representat* Epiphanius *Hæc. 64. cap. 12. & seq.* Is ergo cap. 14. scribit, corpora quæ per alimentorum suscep-
tio-
nem vitam tolerant, nunquam eadem remanere, sed per ciborum effusum & excretionem, fluvii instar, perpetuo fluere & mutari: eadem tamen manere corpora hæc, non ratione

duntaxat animæ, quæ eadem semper est; sed propter earundem etiam formarum, quæ cot. A
porum singulorum notæ quædam propriæ sunt ac characteres, perseverantiam, unde lentigines, cicatrices, nœvi ad mortem usque corporibus adhærent: in resurrectione igitur animæ
circumponi formam illam, qua Petrus verbi gratia constitutus, diversa licet materia sit, ac
diversum corpus; animas quippe variis pro locorum varietate uti corporibus; & quemadmodum
aliud aliud necesse fore subire corpus, si in aquis viæturi essemus, ita nobis vitam acturis
in cœlo, spiritualia necessario corpora esse ascenda; sed mutato licet corpore, eadem ta-
men nequitiam extinctum iri speciem ac formam, quemadmodum Iesus, Moses, ac Elias
in transformatione se eadem agnoscendos specie prebuerunt. Explamat idipsum subinde
Methodius cap. 38. ac eam quoque Origenis disputationem in Apologiam suam Pamphilus
inserit. Eulathius Antiochenus in libro de engastrimytho narrat Origenem male de
resurrectione sentientem abunde à Methodio fuisse confutatum, ab eoque aperte demon-
stratum anam inde Hæreticis præbitam, cur specie solum, non corpore ipso homines olim

Nicer.lib.4
Thef.orth.
fd. Har. 31

fore suscitandos opinarentur. Notabilis vero est Nicetæ Aconiati accusatio, qua Ori-
genis tententiam his exponit verbis, juxta Petri Morelli interpretationem: *Corpus hoc quo
involvitur, resurrectionis illius die non resurget, sed humana tantum forma, qua Paulus forte
vel Petrus dignoscitur; atque adeo extrinseca illa figura resurget, que sub forma quoque compre-
henditur. Porro subiectum ipsum, sive corpus, haudquam idem manebit: Seminatur
enim corpus animale, inquit Apostolus, corpus spirituale resurget. Quapropter necesse est, ut re-
surrectionem in sola forma futuram speremus; in subiecto vero non item.* Addit deinde Nicetas
tententiam suam de resurrectione à Platonicis Origenem accepisse; tradere autem illos du-
plex idoli gênum animæ unicuique adhærente; aliud ab æterno ei adnexum, splendidum &
lucens; alterum crassius, ipsique ex astrorum dispositione circumpositum; huic deteriora
animæ munia, illi præstantiora deberi: separari illud nonnunquam ab anima corpore exo-
luta, & ad pristinam sedem revolare; hoc ab illa soli nequitiam posse, sed in Orcum,
vel inter sidera post mortem abiare. Quibus ita expositis hæc demum subiungit: *Itaque Ori-
genes, ut mea quidem fert sententia, cum animam idolo hujusmodi uestiasset, quod proprias actio-
nes, sibique involutas circumferret, fore subiecti, ut una cum hoc illa resurgeret, futuroque judicio
subiiceretur, quain re Gentes prorsus imitatur; mortalis autem tactus, exposta caro desueret, atque
evanesceret.*

Ulterius etiam abit nonnunquam Origenes, ac ne formam quidem ipsam & figuram corporibus suscitandis inhæsuram pronuntiat; & quemadmodum è grano tritici spica surgit
grano absimilis, nec ex hoc transfit in illam quicquam aliud, præter rationem seminis, seu
æternum, ita corpori mortuo inesse semen, quod germinabit novissima personante tuba,
& aliud de se corpus dabit. Fusa hæc edidicerit Hieronymus in Epistola adverbus Johannem
Hierosolymitanum, & Origenem sic inducit disputantem, cap. 8. *Cum autem judicet dies ad-
venire, & in voce Archangeli, & in novissimatu tremuerit terra, movebuntur statim semina,
& in puncto hora mortuus germinabunt: non tamen eadem carnes, nec in iis formis restituent, que
fuerunt. Capite deinde sequenti, ita loquenter fingit Adamantium, ossium, sanguinis, ad
membrorum singulorum repudiata resurrectione: *Nunc oculis videmus, auribus audimus, ma-
nibus agimus, pedibus ambulamus; in illo autem corpore spiritualiter toti videbimus, toti audiemus, E
toti operabimur, toti ambulabimus, & transfigurabit Dominus corpus humilitatis nostræ conforme
corpori claritatis sua gloria. Quando dixit, Transfigurabit, id est, ut etenim membrorum quibus
nunc utimur, diversitas denegatur. Aliud nobis spiritualiter & aetherum promittitur, quod nec tactu
subiicit, nec oculis certinatur, nec pondere pregravatur, & pro locorum, in quibus futurum est, varie-
tate mutabitur. Tum sibi Christi resurrectionem opponit, & suscitatum ejus corpus, stans, am-
bulans, latere, manibus, carnis, ossibus instructum: sed alia virtute pollere corpus respon-
der, quod de viri femine concretum non est, ac nostra corpora; & tale idcirco apparuisse
Christi corpus, ut dubit antibus Apostolis fidem faceret resurrectionis; aetherum tamen & spirituale
fuisse, ut quod clavis ostii ingressum sit, & in fractione panis ex oculis evanuerit. Quam
responsum, ac reliquam item Origenis disputationem valide in sequentibus Hieronymus
oppugnat. Acidem, cum sibi fuisse propositum, accurate quoque dissolvit Augustinus
Epist. 49. ad Deo gratias.**

Erroris certe illius notas reperire licet in Commentario Origenis ad Psalmum 1. quem
Ez. ch. 37 in Epitomen contraxit Methodius. Ibi quippe locum Ezechielis, quo futuræ resurrectionis
mysterium planissime aperitur, in alium sensum detorquet; nam aridis illis ossibus,
acerbam Iudaorum captivitatem notari putat, quæ corpora succo exhausta macie defor-
maverat; resurrectione autem, libertatem Iudæorum, quæ in pristinum eos statum, & in-
tegrum ac vividum corporis habitum erat restituta. Alio itidem deflecit illud Matth. 8.
12. *Iherit fleus & frides dentum, aliaque ejusmodi, quibus corpora resurrecta esse
conficitur; nec ibi futuros dentes responderet, ubi nullus dentum usus futurus est; & cor-
poram*

LIBER SECUNDUS.

135

A p̄oram illam speciem mutatum iri, nec primariam materiam, quam candem esse s̄p̄e dicit ac corpus, ullo modo resurreeturam; ad idque grām & sp̄icā exemplūm, quo usus est Apostolus, accommodat. Tomo quoque 17. in Matth. pag. 487, & 495, de quest̄ione à Sadduceis Sosipatōi proposita agens, genitaliū caritūra decrevit corpora in cœlo, quod ibi genitalium usus abolendus sit. Sed ex fine libri 2. de principiis afferit hunc locum Hieron. Epist. 59. ad Avit. cap. 2. Cumque in tantum profecerimus, ut nequaquam carnes & corpora, forsitan ne ame quidem fuerimus, sed mens & sensus ad perfectum veniens, nulloque perturbationum nubilo caligans, intrinsecus rationabilis, intelligibilesque substantias facie ad faciem. Quas sic depravavit suo more Rufinus: Et ita crescentes per singularitatem naturae, non sicut in carne vel corpore, & anima in hac vita crescebat, sed mente at sensu aucta ad perfectam scientiam, mens jam perfecta perdu-
B citur, nequaquam jam ultra istis carnalibus sensibus impedita, sed intellectualibus incrementis aucta, semper ad purum, & ut ita dixerim facie ad faciem verum caussas inspiciens. Denique libro 5. contr. Celsi, propter migrationes è loco in locum corporibus nos opus habere docet; id au-
tem certam non requirere partium posituram, sed quodvis admittere corpus, corpus mo-
dit. 59

VIII. Inclinasse codem quo Origenes videtur Hieronymus lib. 3. in Epist. ad Ephes. c. 5. v. 28. Foveamus igitur, inquit, & *viri uxores, & animæ nostræ corpora, ut & uxores in viro, & corpora redigantur in animis, & nequaquam sit sexuum ulla diversitas* Sed quomodo apud Anglos non est vir & mulier, ita & nos qui similes Angelis futuri sumus, tamen nunc incipiamus esse, quod nobis in calibibus reprobsum est. Acerita ea explodit Rufinus, ut pote ex quibus interitus corporum, & lexum abulito consequatur: demum sic ait: *Quanto rectius faceres, si nos, quos culpas imitareris in calibus, & haec soli Deo, ut se veritas habet, nosse permitteres; & te potius ignorare fateris, quam ea scriberes, quia paulo post tu ipse damnares.* Sed purgat se Hieronymus libr. 1. *Apolog.* adv. Rufin. cap. 6. talia se ex Origenis persona, non quasi rem a se assertam, sed qualibet obiciendam protulisse respondens. Eam & valide in Origenista quodam se se confutasse narrat Epist. 27. ad Eustoch. cap. 11. & alibi quoque pro fallata se haberi testatur. Sexuum discretionem tunc iri abulito non pauci est Patribus antiquis affirmarunt. Theodoretus: *Τόντος γένος διαπίστεως οὐδέν τις τοῦ Θεατροῦ τελέντων οὐ φύεται.* Hac enim discretione indiget eorum natura, qui sub mortis imperio degunt. Deinde: *τοῖς δέ γε ἀθανατίοις γεννηθέοντος τὸ θεῖον φύεται τελέντων οὐδέντος.* His enim quim mortales evaginant, omnino supervacuus est Jesus mulier. Consuluntur præterea Athanasius Serm. 3. contra Arianos, Basilius in Psal. 114. Hilarius Can. 23. in Matth. 11. cadem illorum esse propemodum ac Origenis causa super hac questione de beatorum corporum sexu reperitur.

IX. Sianiam in resurrectione aliud recepturam corpus, & aliter formatum ratus est Adamantius, quam quod in mortali gestaverait vita; ecquamnam corpori huic figuram potius adscriperit quam globosam, utpote rerum celestium propriam, & formarum omnium perfectissimam, ac animis expurgatis & in perfectiorem reparatis statum maxime congruam? Sane Origenitus Monachus, qui Palæstinæ alesceria Justini & Justiniani temporibus infestabant, dixisse refert Cyriacus apud Symeonem Metaphrastem: *Quod athenæa Sym. Met. & sphærica excitantur nostra corpora in resurrectione: sic Domini quoque corpus fuisse excitatum, in viii. Cyriaci.* E & nos futuros ei pares in resurrectione. Quapropter Justinianus in Epist. ad Men. probris Origenem incepit, quod corpora hominum orbiculata suscitatum iri affirmaverit. Hinc ita conceptus est quintus ex Anathematisinis eidem Epistola subiectis: εἰ τις λέγει ὡς ἐν τῷ ἀναστάσιον ἡ τά τοι ἀνθρώποντος ἡ εἶπεν οὐ μετέ, τοι εἶχεν ἐνοτοτερούς ἐπίστας ἡταντος, αὐτός δειπνεῖτο. Si quis dicit autem sénit globosum hominum suscitatari corpora, nesciit confitetur nos rectos suscitatari, Anathemacto. Damnat id ipsum in Origenem & fuse confutat Antipater Bostrensis Episcopus in Eclog. Ioh. Damasci. Dissertatione adversus Origenem, inserta Johannis Damasceni Eclogis, quas calamo ex- Titulo, aratas habent Claromontani Patres Societatis Jesu. Damnat & Nicephorus lib. 17. cap. 27. Sed quo Huc spectat illud Hieronymi Epist. 61. ad Pammach. cap. 10. Sic & Dominus noster in monte βητοῦ τῷ εἰ transfiguratus est in gloria, non ut manus ac pedes, ceteraque membra perderet, & subito in rotundi- τον ἀπε- fate vel Solis, vel sphærae volveretur, sed eadem membra Solis fulgore rutilantia Apostolorum oculos περιstringerent.

Quod si ita sensisse constaret Origenem, à Platone illuc impulsum fuisse dicerem, qui finem ponebat ἐξουσίων τῷ Θεῷ, Deum autem corpore licet carentem, forma globosa praeditum fingebat, quemadmodum & Xenophanes, ut et apud Ciceronem 4. Academic. & Laëtum in Platone, & Xenophane: ac proinde animis finem suum a deo sp̄hæram formam tribuere cogebatur. Sed Hieronymus Epist. 59. ad Avit. cap. 3. verba Origenis recitat libro 3. Ἐπί τοισι, quibus homines ait corpora idcirco deposituros, ut Deo similes sint, juxta illud Servatoris: *Vi quomodo ego & tu unum sumus, sic & iſi in nobis unum sit.* Deum sic ait: *Ednobus alterum suscipere cogimur, ut aut desperemus similitudinem Dei, si eadem semper sumus corpora habituri; aut si beatitudo nobis ejusdem cum Deo vita promittitur, eadem qua vi-*

vit Deus nobis conditione vivendum est. Tunc Hieronymus: *Ex quibus omnibus approbatur, A quid de resurrectione sentiat.* Deum plane incorporeum, ut est, ita esse putabat Origenes, ac ideo omni figura carere: qui ergo globosa corpora habituras animas teri potuit, quas similes futuras putabat Deo, quem corpore ac figura carere arbitrabatur? Itaque lib. 2, de princip. cap. 10, quosdam impugnans Hæreticos, qui resurrectionem funditus tollebant: *Requiremus, inquit, ab eis, si possunt nobis spiritus corporis habitum demonstrare atque describere, quod utique nullo modo facere poterunt.* Vides inconstantiam hominis, animis suscitatis corpora detrahentis nonnunquam, nonnunquam assigentis, nec pro certo habentis ecquamnam illa figuram habituram.

X. Scribit Origenes Tom. 17, in Matth. pag. 494, 495, neminem à mortuisiri suscitum, qui in hac vita non decertaverit. Verba hæc sunt: *ei ἐν τῇ μαρτυρίᾳ ἐν γένος ἀξέ-ρημοι σήμερον διόρια ἐν τῷ καλῶς θεοῖσιν, ἐν ἐνείν τον ἐν τῷ ζωῇ, καὶ εἰδεῖς τῷ μὲν ἀγνοιασμένῳ ἐνταῦθα καταζητεῖς ἐν τον γανάριστον, οὐδορτὶ ὃν ἐνταῦθα σήμερον γένεται τοι, ταῦτα ἐν τοι εἴτε* Quod si quis colligit inde, resurrectione privandos impios. Origenem existimasse, abunde iste à Pamphilo confutatum intelligat, vel ab ipso potius Origenem in eo loco, quem è libro ipsius 28, in Esaiam profert Apologia Aucto, quo justos & impios à mortuis suscitandos declarat; duplum autem futuram resurrectionem, primam alteram justorum, alteram secundam impiorum, juxta illud Johannis Apocal. 20, 5. *Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestem:* non ita ut illa tempore prior sit ista, sed modo & ratione. Ex hoc enim Johannis communè dividenda resurrectionis occasiōnem arripiuit, eis verisimile est, de quibus Gennadius: *Erit resurrectione mortuorum omnium hominum, sed una & insimil & semel: non primi justorum, & secunda peccatorum, ut fabula est somniorum, sed una omnium.* Hanc autem fore resurgendi rationem definit Origenes; unumquemque prout fœsi in vita gesserit, crassius subtilius a Deo corpus accepturum. Sane, inquit libr. 2, de resurrect. *qualis fuerit uniuscujusque preparatio in hac vita, talis erit & resurrectione ejus.* Qui beatus hic vixerit, corpus ejus in resurrectione divinitore splendore fulgebit, & apta ei mansio beatorum tribuetur locorum. Huic vero qui in malitia consumperit tempus sibi vitae presentis indulsum, tale dabitur corpus quod sufficere & perdurare possit in paenit. &c. Iterantur eadem libr. 2, ad xxv, cap. 3, & 10, & libr. 3, cap. 6, ubi ad cetera illud adiicit, postquam adeo res redierint, ut omnia unum sint, sicut Pater & Filius unum sunt, tum desitum illam corporum diversitatem. Cum ergo resurrectione privatum iri impios dixit Origenes, resurrectionem illam intellige quæ damnationi opponitur. Ita Laetantius libr. 7, Divin. institut. cap. 21. *Tunc quorum fuerit probata justitia, hi premium immortalitatis accipient: quorum autem peccata & scelera detesta fuerint, non resurgent; sed cum impio recondentur in easdem tenebris, ad certa supplicia destinati.* Duplice quippe modo accipi potest resurrectione, vel pro reditu ad vitam, & nova corporis ac animæ coniunctione; vel pro vita æternæ acquisitione: priore modo omnes homines ex aequo resurgent, posteriore justi duntaxat. Expositionem hanc confirmat alter Origenis locus è Tom. 13, in Matth. 18, p. 327, *ὅτι δέ τοι ἐν τον ἀνένται τοι στρατιώταις θάνατον τον τοπεινοτεον σώματος, καὶ πάτερ ωραίαν την αἰχμήν την τον τοι αναστάτως μετανεψει, ὅτι μετεχουσιον ἐν θεος & πάτερ το σώμα το παπεινοτεον, αὐτον την κεντρον μαθητησμένων, εἰς το γῆρας αὐτον σύμμερον το διένον τη κεντρον.* In resurrectionis mysterio invenitur E nos dicit, quando corpus nostrum mortale glorio Christi corporis simile Deus efficiet; quod beneficium non ad omnes homines, sed ad Sanctos tantummodo pertinebit. Confirmat & alter ille è Comment. in Psalm. 1, recitatus ab Epiphanio Hær. 64, cap. 10, & 12, quo simpliciores quosdam, fretos illo Davidico: *Ideo non resurgent impii in iudicio, resurrectione aut iudicio dignandos a Deo malos negare ait, non tatis aperte indicantes, quid resurrectionem aut iudicium esse arbitrentur.*

XI. Cæterum ut alias fere semper, ita in his quoque de resurrectione questionibus Platone magistro usus est Adamantius. Futurum quippe aebant Platonicis, ut animæ olim incipiāt in corpora velle reverti,

casque in corpora à prioribus diversa fore revocandas, Tertullianus libro de resurrect. carnis, cap. 1. *Platonicis immortalē animam è contrario reclamant: imo adhuc proxime etiam in corpora remeabilem affirmant, et si non in eadem.* Legendum Plato lib. 10, de republ, ubi ex Heri Pamphili persona, animæ statum post mortem, peccatas, *μετεντέλεσης & immortalitatem* describit. Sed multo magis in Phædone, quo materiam illam exhaustit. Legendum quoque Augustinus lib. 22, de Civit. Dei, cap. 26, & 27.

XII. Sed ne solitum Origeni nostro desit officium, si quæ in ejus patrocinium præter superiora colligi possunt, paucis comprehendamus. Sua primum illi in hujus argumenti tractatione faveat inconstantia, quæ cum ex superioribus fatis manifesta est, tum ex eo etiam quod de fine rerum disputans, & utrum in corpore, an extra corpus supraemam beatitudine fructui simus inquirens, triplicem opinionem unicuique pro libitu perséquendam proponit

Gennad.
libr. de do-
gmate. 6

Psal. 1, 5, 8

A proponit libr. 2. *ad Ex. 20*, cap. 3. quem locum repetit Hieronymus Epistol. 59. ad Avit. cap. 2. Caput quoque sextum libri primi De principiis. eamdem Origenis fluctuationem testatur; nam postquam duplice de statu Beatorum sententiam exposuit, quarum prior interitum corporum naturam definit, & à qua se se alienum profitetur, alia naturam corpoream in modum ætheris expurgatum iri tradit, tandem sic concludit: *Certius tamen qualiter se habitura sit res, scit solus Deus, & si qui ejus per Christum, & Spiritum sanctum amiciantur.* Pari prope modo consimilis argumenti disputationem claudit libr. 2. *ad Ex. 20*, cap.

2. Prodest quoque ad excusandum eum Rufini responsio, pertinendis errores istos circa resurrectionis materiam scriptis ipsius ab Hæreticis fuisse adspersos. Verba ejus sunt: *Vel adult. libr. Rufini. de origen.*

B cum Verbo Dei, atque inibi calcifibis apparuisse Virtutibus, novum & admirandum eis sibi visum prebentem, possibile erat ut hanc iterum non esse salvandam diceret? At inde tamen præcipuum sibi arcens Origenes præsidium, quod sua aetate nondum quæstiones illæ fuerant ab Ecclesia dijudicatae; quo factum est, ut dum eum à veritatis norma deflexum revocare satagit Methodius, à vero ipse deeraverit, & alii quoque non sine offensione in hac quæstione versati sint, ut ostendimus supra; & Hieronymus velut titubans materiam hanc tractaverit Epistol. 61. ad Pamphach, cap. 13, ait quippe: *Ergo, inquies, & nos post resurrectionem comeſi sumus? Necio, non enim scriptum est, & tamen si queratur, non puto comeſuros.* Quæ cauſa est, cur suam de resurrectione declaratus sententiam Origenes, retinendam Veterum opinionem prouinciaverit, quia nimis quantumvis absona ejus dogmata suos tamen auctores & patro-
C nos habuerent.

XIII. Ex supra dictis subvertitur Methodii ratiocinatio, qua hoc Origenis prouin-
tiatum confutare aggressus est, peccatorum omnium cauſam ad corpus referri. Ait quippe Methodius contraria sibi loqui Origenem; cum enim animam circa corpus peccasse, & propter peccatum luctus tunicis vestitam fuisse, tunicasque illas corpora ipsa esse conceſſit; nunc sibi ipsum repugnare, cum corpus cauſæ esse dicit, cur anima peccet. Origenianæ doctrinæ connexionem non vidit Methodius. Diximus enim supra, corporeas animas vel incorporeas appellasse Adamantium, crassiorum vel tenuiorum corporum ratio-
ne, cum revera corporæ esse, & Deum unum incorporealem censuerit. Ideo animas pro
peccatorum gravitate graviora subire corpora afferuit. His neutriquam repugnat illud,
D animas à corporibus suis trahi in virtus, & cum nunquam corpore caritutæ sint, futuros semper beatitudinis & damnationis circuitus; & antequam humanis adstrictæ essent membris, in peccata tamen fuisse prolapsas, ac meritas cur è subtilioribus corporibus in spissiora de-
mergerentur. Atque ita commune aliquid habet Origenes cum Porphyrio, qui dicebat, *ut
beata sit anima, corpus omne esse fugiendum.* Sed ut communia quædam cum Porphyrio sit locu-
tus, penitus tamen diversa sentit.

Notandum porro Auctorem Dialogi De recta in Deum fide, qui sub Origenis no-
mine prodiit, Marinum Bardesianistam inducere hæc dogmata propugnatem; Hominem
sola anima constare; Animam scelere admislo, tunicis pelliceis, hoc est corpore, tamquam
vinculo ac compede fuisse constrictam, atque inde a Jeremias vincitos nos appellari; ac
E Animo malorum omnium cauſam esse corpus: Adamantium autem hæc ipsa impugnat
rationem; & hominem, corpore licet & anima constet, animam tamen in Scripturis vocari de-
monstrantem, eademque Marino regerentem, quæ apud Epiphanius Origeni Methodius
opposuit.

QUESTIO DECIMA.

DE POSTREMO IUDICIO.

I. Exploratur placitum Origenis de rebus supremo Dei arbitrio judicandis: II. & de ratione ac loco iudicij postremi.

I. **M**ORTUORUM resurrectionem supremum Dei judicium excipiet. Quo-
cum ulciscenda sclera, mercede autem donanda sint recte acta & virtutes,
idcirco statura opinatus est Origenes, quæcumque vel recte vel male agendo
præmia vel supplicia promiseri possunt. Superiorus autem ostendimus Angelis ipsum, side-
ribus, ac elementis bene vel male agendi potestatem affinxisse. *Futurum est, inquit Homil.*
4. in Ezech. *ut in die iudicij non solum homo, sed etiam universa conditio judicetur: Omnis quippe
creatura congemiscit & condolat.* Tum in hunc rerum judicandarum censum conjicit Ange-
los, coelum, quæque supra & infra cælum sunt, terram ipsam, & aërem. Qua de opinione
f late